Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

[Textanfang]

urn:nbn:de:bsz:31-131792

Visual Library

et eorum observationem mutare pro libitu. Quia a. mutare aut abolere non potest. 3. In festis in quibus Missa non auditur non tenetur ad aliud cultum positivum sive in Dominica, quia Jure Cultus nullus aliquis est impositus sub praecepto.

Qui in die festo aut Dominica culpabiliter missam non audit aut in Dominica alio cultu Deum non colit peccat mortaliter. Sicut et ille qui aliquod opus prohibitum operatur sine legitima causa aut levitatem materiae excusat. Sufficiunt a. secundum communem sententiam tres horae ad peccatum mortale etiamsi sint interruptae.

Incipiunt porro non Dominicae et Festa à media nocte usque ad aliam mediam noctem, licet olim à Vesperis ad Vesperas duraverint.

Sectio 4.ta

Praeceptum Decalogi 4.tum

Honora Patrem et Matrem

Etsi hoc praeceptum formaliter affirmativum sit, virtualiter tamen includit praeceptum negativum; praecipit n. honorem debitum parentibus qui consistit in amore, obedientia et reverentia; et prohibet quidquid his adversatur in affectu, opere et signo. De quibus in sequentibus §. agendum

et substantia religionis, et postquam parentibus sub-
ventum est ad monasterium redire. Potest etiam a reli-
gione ejici totaliter dimitti, quia non censetur ad
religionem voluisse admittere eum, qui speciale im-
pedimentum observationis regulae et religionis ha-
beret. Sed contra

Ob. 3. Potest religio dispensare vel ipsam ob-
servationem votorum modificare, interpretare aut al-
iis statui rei praesentis pie commodare: ergo fi-
lius non debet egredi. R. Etsi religio possit,
non tamen tenetur, imo frequenter non expedit id fi-
eri; quia relaxatio, exemplum malum, destructio
vitae religiosae et aliae similes causae oriri pos-
sent. Similiter potest religio permittere, ut filius
egrediens servet religiosum habitum, neque tamen tenetur,
imo quandoque non expedit ob casus et incommoda
religioni inde nascentia.

Ob. 4. Parentes possunt obligationem remittere
filio, ut in religione maneat, non obstante eo-
rum necessitate ergo nec tenetur egredi nec potest ejici.
R. neg. Ant. nam parentes, nisi ipsis aliunde
provideatur, non possunt hanc obligationem cedere.
Sicut nec possunt sibi mortem inferre aut mortis
periculo absque justa causa se sponte exponere.
Ratio est, quia lex a Deo naturae indita
sicut indispensabilis est, sic et irrevocabilis.